



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Concilium Ravennate, Quo Aqvileiense Et Venetiarum patriarchae depositi  
sunt, anno MCXXVIII. tempore Honorii papae II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

priores subiectos, firmam tenere inhi-beant.

ANNO  
CHRISTI  
1117.

VIII.

Decimas sicut Dei summi dominicas, ex integro reddi præcipimus.

IX.

Vt nulla persona ecclesias vel decimas, seu quælibet alia ecclesiastica beneficia, det vel accipiat, sine consensu & auctoritate episcopali, canonica auctoritate vetamus.

X.

Nulla abbatissa vel sanctimonialis carioribus vtatur indumentis, quam agninis vel cattinis.

*Rex igitur cum inter hæc Londonia moraretur, auditis Concilii gestis consensum præbuit, auctoritate regia & potestate concessit, & confirmavit statuta Concilii a Guilielmo Cantuariensi archiepiscopo & sanctæ Romanæ ecclesiæ legato apud Westmonasterium celebrati. Hæc ille.*

CONCILIVM RAVENNATE,  
QVO AQUILEIENSIS ET VENETIARVM  
patriarchæ depositi sunt, anno MCXXVIII. tempore  
Honorii papæ II.

ANNO  
CHRISTI  
1128.

NOTA.

*Concilium.] De rebus in hac Synodo gestis ista breuiter Baronius: Quo tempore misit Petrum presbyterum cardinalem tituli sanctæ Anastasiæ Rauennam, vbi congregata Synodo deposuit Aquileiensem & Venetiæ patriarchas. hæc in veteri pontificali. Quæ autem causa intercesserit horum condemnationis, non inuenimus.*

VITA ET EPISTOLÆ  
INNOCENTII PAPÆ II.

ANNO  
CHRISTI  
1130.

Innocen-  
tius quan-  
do ponti-  
fex factus.

INNOCENTIVS secundus, nobili familia Romæ natus, Gregorii nomine ante pontificatum appellatus, cuius vita & fama, teste sancto Bernardo in epistola ad episcopos Aquitaniæ, nullum æmulum timent, ex cardinale dia-

dia-